



Disputatio juridica inauguralis de usucapione

<https://hdl.handle.net/1874/340700>

25

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
USUCAPIONE,

QVAM
DIVINO NUMINIS AUSPICIO

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

Jur. Utr. Doct., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia

Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicorum consensu, & Nobilissimi

Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU LICENTIATUS,

Et summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
ritè, ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini subicit

ZACHARIAS CABELIOU, Haga-Batavus.

Ad diem 3. Augusti horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clo I^c LXXXVII.

*Nobilissimis Gravissimis Viris ac
Dominis,*

D. JOHANNI CABELIOU,
Patri suo Filiali debito amore
prosequendo.

D. JOHANNI REYNST,
Domino de DRAKESTEYN ,
avunculo suo quam plurimum
venerando ,

UT ET

D. ANDRÆE BERNARD,
Societatis Indiæ Orientalis
præfecto , avunculo suo quam
plurimum venerando.

Hanc Inauguralem Disputationum

D. D. D.

ZACHARIAS CABELIOU, A. & R.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
USUCAPIONE.

THESIS I.



Odi acquirendi dominii Jure Civili sunt duplices: 1. Universales, quibus universum patrimonium acquirimus, ut sunt: hæreditas, Bonorum possessio, arrogatio, additione bonorum libertatum conservandarum causa, §. ult. Inst. per quas person. 2. Singulares, quibus res singulae acquirimus, suntque: Usucapio, quædam Donatio, Legatum, fideicommissum. Atque de Usucapione pro ingenii mei tenuitate pauca differere conabor.

I I.

Dicitur Usucapio, quod usu seu possessione continuata l. 115.
de V.S. capiatur seu acquiratur res l. 71. l. 140. de V.S. l. 5. de dam. infect. ac proinde usucapere est per usum seu possessionem (quæ

A 2

etiam

4 D I S P U T A T I O J U R I D I C A

etiam aliás dominii initium est *l. i. ff. de Acquir. vel amitt. poss.*
§. pen. inst. per quas person.) rerum dominium acquirere : eodem
que sensu legitur usu acquirere & usu rem suam facere *l. i. l. 19.*
l. 21. ex q. c. m. l. 33. l. 44. b. tit. possessione capere. *l. 4. l. 7. §. i.*
pro emtor.

I I I.

Resertur igitur Usucapio inter modos civiles, non quasi naturali æquitati aduersetur, (quod esset contra *l. 6. ff. de I. & I.*) aut quasi solis Romanis sit propria & apud alias gentes non recepta, sed quod Romani peculiares sanctiones hoc de modo sua in Republica promulgārint. Et triplex ratio est 1. ne rerum dominia essent in incerto *per init.* *I. b. t. jung. l. 5. ff. de Usuc.* Hoc enim obesset publicæ utilitati, nam plerumque res, malos dominos habentes, solent negligi. 2. Causa est ut litibus finis imponatur per *l. 5. init. ff. pro suo.* salus enim Reipublicæ ex parte in eo etiam est posita, ut animi civium sint conjuncti. 3. In odium dominorum res suas negligentium *arg. l. 16. ff. ex quibus causis majores.* Nam quarumcunque rerum domini, per aliquot annos non habentes curam, illas res videntur quasi pro de relictis habere, & sic fient occupantis.

I V.

Ab origine progredimur ad definitionem Usucpcionis, quæ est *adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti.* *l. 3. ff. h.* dicitur *adjectio dominii*, quia per usucpcionem nobis adjicitur h. e. acquiritur alicujus rei dominium. Porro additur *per continuationem possessionis*, inde apparet, quod ad omnem usucpcionem requiratur possessio, & quidem possessio civilis & porro possessio civilis bonæ fidei. Excluditur igitur nuda detentio seu asinina possessio, quia ita non est vera possessio, nec etiam sufficit naturalis possessio, quia ad usucpcionem requiritur possessio cum animo dominii. Porro requiritur ut illa *possessio continuetur* h. e. non interrumptur *§. 7. I. b. t.* demum dicitur *temporis lege definiti.* h. e. possio debet continuari per tempus lege definitum. Videndum jam

I N A U G U R A L I S. 3

jam est illud tempus, & distinguendum inter usucaptionem rerum mobilium & immobilium. Ad rerum mobilium usucaptionem jure novo requiritur triennum; ad rerum immobilium inter praesentes 10. inter absentes 20. annorum.

V.

Videamus formam Usucaptionis. Quia vero Usucapio est fundata in Jure Civili & est acquirendi modus Juris Civilis, ideo requisita in Jure Civili prescripta accurate sunt observanda, quae barbaris hinc versiculis solent includi.

Non usucapies nisi sint tibi talia quinque:

Bona fides, justus titulus, res non vicia:

Ut res tradatur possessio continuetur.

Primò requiritur *Bona fides*. Is autem dicitur bona fide rem possidere, qui sic accipit rem à non domino quem pro vero habet domino per l. 109. ff. de V. S. Inde queritur, quoniam tempore bona fides requiratur? Et distinguendum inter jus Civile & Canonicum. Jure Civili sufficit si initio adsit bona fides l. unic. de Usuc. transform. l. 15. de Usuc. & usurp. In contractu tamen emptionis venditionis ad usucaptionem requiritur ut emtor rei alienæ bonam fidem habent tempore initi contractus & 2. rei emtæ traditionis per l. 48. ff. de Usuc. Jure Can. omni omnino tempore bona fides adesse debet per c. 5. & fin. x. de prescript.

Secundò *Justus titulus* s. justa causa per verb. init. I. b. t. Nam ad omnem modum acquirendi justa causa requiritur h.e. titulus dominii translativus per l. 24. C. de V. R. §. 40. Inst. de rerum divis. In titulo autem illo tria debent concurrere. 1. Ut legibus fuerit approbatus. 2. Ut dominii translativus sit, qualis est emtio venditio, donatio legatum &c. 3. Ille titulus debet esse verus non falsus seu erroneus. Nam error falsæ causæ usucaptionem non parit, veluti, si quis cum non emerit, se tamen emisse existimans, possideat, vel cum ei non fuerit donatum quasi ex donatione possideat. Justus hic & probabilis error excusat, nec usucaptionem reddit irritum per l. 11. ff. pro emtor. l. fin. §. 1. profuso l. 48. b. ut si quis in facto proprio erret, sed ab alio in errorem induca-

DISPUTATIO JURIDICA

tur seu factum alienum ignoret. De quarto & quinto requisi-
to jam aliquid egimus *ib. 4. & 5.*

V I.

Dictum supra quod ad usucaptionem etiam requiratur possesso.
Jam in illa possessione requiritur ut tempus continuetur usque
ad finem usucaptionis h.e. in rebus mobilibus per triennium, in
rebus verò immobilibus inter præsentes per 10. inter absentes per
20. annos. Quod si vero possesso interrupatur, usucapio non
valet. Interrumpitur autem dupli modo: aut extra judicium
aut in judicio. Extrajudicialis dicitur in jure usurpatio, unde
extat tit. in ff. de usuc. & usurp. quæ est, quando usucapiens pos-
sessionem rei, quam usucapit ante tempus lege definitum amittit per
l. 1. §. 22. l. 15. ff. b. t. & vocatur hæc etiam interruptio
naturalis. Quando verò in judicio possesso interrupitur, ap-
pellatur illa à Jctis civiliter Interruptio civilis & interrupitur
præscriptio jure novo, denuntiatione & citatione judiciali, aut si
ea haberi nequit, sufficit si extrajudicialiter coram duobus testi-
bus aut tribus fiat per
l. 1. C. de annual. except. jung. Nov. 119. c.
17. Continuatur verò possesso vel in una persona vel in duabus
seu pluribus. In una, si is, qui rem usucapere cœpit, istam
possessionem usque ad finem usucaptionis continuet. In duabus
vel pluribus possesso continuatur iterum duobus modis. 1. Quan-
do usucapiens moritur & usucaptionem in heredes transmittit. Et
hoc casu tantum requiritur bona fides in defuncti persona, licet
heres & successor universalis sciat hanc rem esse alienam, adeo-
que in mala fide constituatur. 2. Continuatur possesso in duab-
us aut pluribus non per successores universales, sed per succe-
sores singulares, si nimirum vivus is, qui rem usucapere cœpit
cum in aliud transferat, verbi gratia *tit. venditionis vel titulo*
legati, donationis. Et hoc casu requiritur non tantum, in eo
qui usucaptionem cœpit bona fides, verum etiam in successore
singulari per
§. 8. Inff. b.

VII. Nunc

VII.

Nunc properamus ad Res quæ usucapi possunt. Ad usucaptionem quoque requiritur ut (a) *Res sit habilis*, h. e. quæ non est exenta privatorum commercio. Contra, quæcumque res est exenta privatorum commercio, illa usucapi non potest. Talis est 1. Liber homo. 2. Res sacra. 3. Religiosa t. t. C. ne rei dominic. 4. Servus fugitivus. 5. Res fisci. l. 24. ff. b. t. 6. Bona vacantia. Ubi adhuc est distinguendum, aut illa bona jam tum fisco sunt nuntiata, & sic qui fisco præst cognovit ejusmodi vacantia bona adesse aut nondum sunt nuntiata & sic ignorat. Priori casu jam tum fisco sunt acquisita & non usucapi possunt posteriori verò casu usucapione acquiruntur. 7. Res principist. l. C. ne rei dominic. 8. Res civitatis l. 9. b. 9. Res pupillorum, ob favorem pupillarem per l. 48. init. de A. R. D. imo tales sunt res minorum l. 8. C. quibus non obj. longi temp. prescripte. l. unic. C. de usuc. transform. &c. (b) Requiritur in rebus ne sint vitiose. Res igitur vitiosa usucapi non potest. Vitium autem, ob quod res aliqua in hac materia dicitur vitiosa est duplex: Furtum & vis. Res igitur furtivæ & vi possessæ usucapi non possunt, propter vitium furti & violentiæ. Res autem furtivæ dicuntur 1. mobiles furto ablatae vel 2. si non sint furto ablatæ, possessor ramen scit illam rem esse alienam, nec domino restituit sic instar furis habetur. Ad rem vi possessam requiritur ut sit (a) res immobilis (b) ut dominus ex possessione istius rei immobilis fuerit ejectus (c) ut ipse vim inferens possessionem rei apprehenderit. Res autem mobiles non facilè præscribuntur, quoniam si eas à veris dominis non accipimus plerunque sunt furtivæ. Duo tamen casus in §. 2. inst. b. t. adferuntur, quibus res mobiles præscribi possunt, ubi remittam lectorem. Addamus adhuc aliquam limitationem prioris Conclusionis, quitalis erat. Res furtiva vel vi possessa usucapi non potest: nunc hanc Conclusionem ita limitamus: nisi ejusmodi res in domini potestatem fuerit reversa per §. 31. b. t. l. 4, §. 6. l. 24. §. 1. ff. b. t. secun-

00739714

8 DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS.

secundò quando domino non quidem res sed rei aestimatio restituitur. per l. 4. §. 13. ff. b. t.

V I I I.

Denique videamus personam usucipientem. Usucapit is, qui à non domino rem accepit , & qui possidere atque dominium acquirere & usucapere potest l. 3. l. 8. §. 1. l. 25. b. Hinc servus usucapere nequit ff. l. 4. §. 4. l. 44. §. fin. b. t. l. 118. de R. J. Filius verò famil. quoad castrenia & quasi ut & adventitia sibi usucapere potest arg. l. 6. C. de bon. que liber. Etiam pupillus, licet sine tutoris autoritate possidere cœperit. l. 4. §. 2. ff. b. furiosus id, quod ante furorem possidere cœpit , usucapiet l. 4. §. 4 ff. b. aliás nequidem Curatore autore arg. l. 1. §. 3. ff. de amitt. vel acquir. poss. l. 5. de R. J. uti possidere , ita & per alium quoque quis usucapere potest, ut per servum ex causa peculiari etiam ignorans l. 8. l. 47. in fine ff. b. l. 1. §. 5. l. 44. §. 1. de acquir. vel amitt. poss. per procuratorem non nisi sciens.

I X.

Tribus verbis est addendus effectus usucpcionis seu præscriptionis & consistit præcipue in dominio , nam per usucpcionem & præscriptionem Rerum dominia acquirimus. Moribus usucacio etsi non sit in usu, habet tamen locum præscriptio trientis seculi, de qua fusè Antonius Matthæus in paræmiis.

F I N I S.